



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Thesavrvs Casvum Conscientiæ**

Continens Praxim exactissimam De Censuris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvum Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici dispositionem in suos Titulos distributæ

**Sayer, Gregory**

**Venetiis, 1627**

17 Matrimonium contra formam dispensationis Papae contractum, est nullum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13903**

## DECISIO XV.

*Ex consil. 3. 11. alias 3.*

**Q**ui matrimonium post Concilium Tridentinum servata eius forma contraxerunt, & filios susceperunt, & postea temporis successu seunt uxorem tempore contractus duodecim annos non habuisse, ordinario significare debent, quod ipsi ex causa quadam, quam non oportet ei notari facere, & quæ iam cessavit de valore matrimonij sui contracti coram patrecho præmissis denunciacionibus per Concilium requisitis ad omnem scrupulum deponendum denuò contrahere cupiunt; & ita post habitam ab Ordinario licentiam, suum parochum, vel alium sacerdotem de ipsius parochi, vel ordinarij licentia ad eant, qui vocatis duobus testibus am eis suis, qui rem secretam teneant, matrimonio contrahendo assistat.

## DECISIO XVI.

*Ex consil. 12. in vrsi que.*

**M**atrimonium inter duos contractum quod ex impedimento aliquo fuit nullum, & quod pars ignorabat etiam dispensatione super eodem impedimento validum non erit, nisi novus amborum consensus succedat etiam partis ignorantis. cap. 2. & c. veniens. de eo qui duxit. cum epim. consensus primus matrimonialis non fuerit, nullus actus virtute illius licitus esse potest, & ideo ad hoc ut coniuges legitimi sint, novus post sublarum impedimentum consensus requiritur, ita Nauar. in Man. cap. 22. num. 86.

## DECISIO XVII.

*Ex consil. 13. deest in Nouis.*

**S**icut matrimonium contractum a viro religioso professo, qui tria vota substantialia in religione approbata vovit, sine legitima dispensatione, est ipso iure nullum, c. Meminimus. qui cler. vel vovet. Ita Matrimonium quod contra, vel citra formam dispensationis conditionalis Papæ postea contrahitur, ipso iure nullum & invalidum censendum est, c. cum dilecta. de rescript. & c. Pisanis. de rescript. spoli. & c. prudentiam. de offi. iur. deleg.

## DECISIO XVIII.

*Ex consil. 14. alias 3. de rescript.*

**U**m dispensatio vni personæ concessa ad contrahendum cum alia nihil valet, nisi ad illam aliam cum qua est necessario annexa, extendatur, c. quia in tantum de præben. gl. in c. si quis in clero. 7. q. 1. consequenter dispensatio ab vno coniugum super impedimento matrimonij quod est inter ipsum, & aliam certam personam impetrata, a Papa etiam tanquam vtrique profutura concedi censetur, Arg. cap. translatio. de constit. etiam parte altera impedimentum, & dispensationem obtentam ignorante ex Nauar. in Man. c. 22. num. 70.

## DECISIO XIX.

*Ex consil. 15. alias 2. de secund. nuptijs.*

**M**ulier, cuius maritus diu absens fuit, nec aliquid certi de ipsius morte cognoscit, nisi quod ante aliquot annos de quodam audierat maritum ad mortem egrotasse, alteri nubere non potest, antequam certum habeat nuptium de morte mariti, quantumcumque tempore ille absens e in præsentia, de spõsal. quod si de facto alteri nubat, ab eo separari non debet, donec maritum certo viuere sciat. Arg. cap. fin. de secund. nupt. & c. inquisitioni. de sentent. excom.

## DECISIO XX.

*Ex consil. 16. alias 2.*

**D**ans mandatum Procuratori ad matrimonium cum certa persona contrahendum, sine vlla tamen intentione contrahendi cum illa, & mandatarius legitime contrahit simulatione mandantis de non contrahendo ignorans; si deinde mandans per se cum alia publicè matrimonium contrahat, & cum illa consummat, quamvis in foro exteriori, tam a iudice ecclesiastico quam seculari, bis nãg

matrimonium contraxisse censetur, in foro tamen interiori cum secunda tantum contraxisse iudicabitur, & cum illa cohabitare debet.

## DECISIO XXI.

*Ex consil. 17. alias 1. de eo qui cog. consang. vxor.*

**Q**ui incestum cum consanguinea commisit, non solum cum ea sine dispensatione matrimonium contrahere nequit, sed neque cum alijs, nisi novam dispensationem obtineat, c. si duo 25. q. 6. & c. de incestis, & c. propinquam 35. q. 3. & Nauar. in Man. c. 22. nu. 75.

## DECISIO XXII.

*Ex consil. 18. alias 11. de voto.*

**Q**ui castitatem se perpetuo seruaturum vovit, cum hoc tamen moderate, ut possit ducere uxorem aliquam, quæ veller cõuhere sicut ipse, & domum solum administraret, ad castitatem seruandam tenetur, nec cum aliqua matrimonium ea lege contrahere potest, ut ipsa contineat, nec debitum petat; cum huiusmodi pactum, & fini & fidei matrimonij contrarium sit; eo quod virtualiter est pactum de vitanda prole, & de non reddendo debitum, & de non habenda potestate sui corporis, sunt autem fides, & proles duò de principalibus matrimonij bonis; c. omne nuptiarum bonum. 27. q. 2. omnis autem conditio, quæ contra matrimonij substantiam est, siue turpis, siue honesta sit, illud inuadit, ita S. Thom. 4. d. 18. art. 4. Ad. 9. de spons. Sor. 4. d. 29. q. 2. art. 3. & cap. si. de condit. app. Nec iusta causa dispensandi cum tali super tam grãdi castitatis voto esset communitas regendi domum, quæ ex vxoris consortio proveniret.

## DECISIO XXIII.

*Ex consil. 9. alias 4. de conuers. coniug.*

**Q**uiam ante Concilium Tridentinum matrimonium cum aliqua contraxit, & columinauit, & postea diu absens in remotis partibus ignorante vxore religionem approbatam ingressus & professus est, contentente confessario suo talem ingressum tanquam licitum; si vxor eius postea bona fide probabiliter credens maritum suum mortuum esse, alteri nubat, & filios habeat, de vita mariti viuientis monenda non est & maritus prædictus religiosus iuste in sua religione perseverare potest, c. Agathola. 17. q. 2. ob adulte rum notorium prædictæ vxoris, cuius ipse causa propinqua non fuit cum non tradidit illam ad alterandam, nec rogauit, nec conuulit ei ut id faceret, sed solum remota causa exiitit abientando se ad loca remota, nec eam alias de vita sua admonendo, ita Pan. & Præpos. in cap. dis. retentionem, de eo qui cog. consang. vxor. & gl. in c. si tu abitoes. 27. q. 2. Quod si vxor postea sciat, & credat maritum priorem viuere a secundo suo marito nec debitum exigere nec reddere potest.

## DECISIO XXIV.

*Ex consil. 20. alias 11. de eland. desponsat.*

**C**ontrahere volentes matrimonium & suspicantes quod parochus, cuius præsentia ad matrimonium iuxta Concilium Tridentinum est necessaria, nollet esse præsens illi contrahendo, si vocent eum quasi ad aliud propositum in quandam domum, & mox eo præsentem, & ignorante quid agere volebat, prædicti contracturi mutuo se in coniuges recipiant per verba de præsentem, coram illo parochio, & alijs duobus, vel tribus testibus quod solum requirit Concilium Tridentinum, sess. 24. c. 1. de rescript. matr. ad substantialem valorem matrimonij, validum matrimonium contrahunt; nec necesse est, ut parochus, vel testes regulariter rogati sint, & sciant ad quid rogantur; sed sufficit, quod præsentem ad id quod agitur, per sensum corporeum visus, & auditus.

## DECISIO XXV.

*Ex consil. 21. alias 1. qui clerici, vel vovent.*

**Q**ui post votum emissum de iur. a religione, & castitate seruanda, promittit puellam ducere eam in vxorem, ut sic contentiret in copulam carnalem, quod illico fecit,